

QK 255.1

BREVE QVODDAM
SVPPLEMENTVM

II*i*
2098

EIVS,

QVOD AD HISTORIAM LITERARIAM
COLLOQVII RATISBONENSIS,
SVB INITIVM SECVL XI. XVII. HABITI, PERTINET,
ET EX BIOGRAPHIA

D. ANDREAE LIBAVII,

PRIMI HVIVS ATHENAEI ET DE ILLVSTRI HAC SCHOLA
MERITISSIMI DIRECTORIS DEPROMTVM,

IN INAVGVRATIONE

NOVI ILLVSTRIS GYMNASII CASIMIRIANI

DIRECTORIS,

DIE XVII. I VNII cIo Io CCLXXI. INSTITVENDA,

EXHIBET, EX HVNC ACTVM SOLENNEM

DECENTER INDICIT

ERDMANNVS RVDOLPHVS FISCHER,

SEREN. DVCIS SAX. COBVRG. ET Salfeld. IN CONSISTORIO
CONSILIARIVS, ECCLES. DVCATVS COBVRG. EPHORVS GEN. AD
D. MAVR. PASTOR, THEOL. PROF. PRIM. ET
SCHOLARCHA.

COBVRGI
EX OFFICINA AHLIANA.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



BREVE QVODDAM
SAPPIEMENTUM

EIVS
BREVIQVODDAM SAPPIEMENTUM
CORPOORALATISSONIS
SAPPIEMENTUM CHAEI AXL HARTT PERTRINTE

D'ANDREE LIBAVI

BREVIBUS VITRINIS ET PELLICULIS
MERITI ET DIGNITATIS
IN INDIANIS RATIONE

NOVITIAS MISCHIANAS CAVIMIRIANI

DIRECCTOIS

DE XIX JANUARII 1560 XXX INSTILLASNDY

EXHIBET EX HANC ACTUA SOLAS VAM

DECENTER INDOLIT

ERDMANNUS RUDOLPHUS HSCHEIDER

ERDMANNUS RUDOLPHUS HSCHEIDER
CONSTITUTUS SECURE DECIMAS CORVAGE THIBIAS QM AD
MUNDI TERRAM THERM THERM THERM
SCDOLARIN.

COPVAGI

EX OLEO VITRINA MELIANA

LIBRARIOTHECA
MONKAVIANA



I. N. I. A.

I.

Eccl esiam virginem sacrae pandectae et patrum ecclesiae monumenta sensu metaphorico nobis s istunt. Corin thiorum eccl esiam diuus Paulus hoc titulo ornat, scribens: Ηγεμοσάμην ύμας εν αὐδῇ παρθένον ἀγνην πάρεστοαι τῷ χειτῷ α.). Similem loquendi modum adhibet veneranda antiquitas Christiana. CLEMENS ALEXANDRINVS eccl esiam et matrem et virginem nominat: μη, inquit, μον γίνεται μήτη παρθένος, ἐπιληπταν ἐμοι Φιλον αὐτην καλεῖν b). De

A. 2. eccl esia

a) 2. Cor. XI. 2.

b) Paedagogi lib. I. f. 102. edit. Colon. 1685.

ecclesia Apostolica scribit. **HIPPOLYTUS**, vir Apostolicorum temporum, vicinus, loquente **HIERONYMO** c): Μέχρι τῶν τότε χρόνων παρθενός ναθαρά καὶ αὐλαφθόρος ἔμενεν ἡ ἐκκλησία, d) **Idem** de ecclesia Hierosolymitana ait: Δια τόπο εἰσάλεν τὴν ἐκκλησίαν παρθενούν, ὅπω γαρ ἐφθαρτὸν ἀνοῖξι ματατούς f). **AUGUSTINVS** in enarratione **Pf.** **CXLVII**. sic scribit: Vterque sexus dicitur femina, quia ecclesia et vterque sexus, hoc est, ecclesia dicitur virgo e). **Idem** praeful Hippoensis sermonē **XIII**. de verbis **Euangelii Matthaei** haec habet: Tota ecclesia, quae constat ex virginibus et pueris, et maritatis feminis, et uxoratis viris, uno nomine est **VIRGO** appellata g). Ecclesiae autem virginitas in pulchritudine interna et externa recte constituitur, ita tamen, ut primas partes internae deferamus, sine qua virginitas ecclesiae subsistere nequit. Ecclesiae igitur virginitas doctrinae puritate, morum et vitae sanctitate, rituum et ceremoniarum simplicitate, disciplinae grauitate, et concinna ordinis ac decentiae politia absolutur h). Ut igitur haec ecclesiae virginitas illibata seruaretur, nec ab haereticis, schismaticis, hominibus ordinem diuinitus praescriptum negligentibus ac disciplinae ecclesiasticae impatientibus vitarietur, **conciliorum ecclesiasticorum** erat, videre ac vigilare, ne quid detrimenti ecclesia caperet.

II.

c) In Catalogo scriptorum ecclesiasticorum Cap. 22.

d) Apud **EUSEBIVM Hist. Eccles.** lib. 3, c. 32.

e) Apud eundem l. c. lib. 4, c. 22.

f) Tom. 4. opp. Augustini editorum opera monachorum ord. Benedicti e congregat. S. Mauri Part. I. f. 1235. edit. Antwerp.

g) v. Tom. 5. opp. f. 350.

h) Pluribus hoc docet **IOH. ANDREAS SCHMIDTIVS** in disp. quae inscribitur: Ecclesia virgo.

II.

Concilia autem ecclesiastica, quae christiani Graeci συνόδοις et συνάξεσι vocant, sunt liberi, legitimi, et solennes ecclesiasticorum et aliorum piorum et eruditorum virorum, magistratus auctoritate et consensu corporis ecclesiastici, conuocatorum conuentus de rebus ad ecclesiam et religionem pertinentibus, controversis nimis et disciplina ecclesiastica ex sacris literis deliberantium, eum in finem instituti, ut ecclesiae commodis, per controversiarum exortarum compositionem, vitae que et morum emendationem, hinc et disciplinae ecclesiasticae conseruationem, aut restorationem, consulatur.

III.

Nimis fertile eiusmodi conciliorum aeuum Apostolicum seu seculum primum a nato Christo faciunt imprudentes quidam pontificis Romani affectae. CAESAR BARONIUS ET IOHANNES CABASSUTIVS triz, GUILIELMVS EYSENGRENIVS duodecim concilia huius seculi reperisse sibi vili sunt i) vnicum autem tantum concilium primo nati Christi seculo habitum esse, certum est, nempe Hierosolymitanum, cuius acta Lucas Act. XV. consignavit k). Ex quibus apparet, turbatores quodam necessitatem circumcisionis et iustitiae legalis Antiochiae praesertim urgentes, huic concilio occasionem dedisse. Quum enim ecclesia Antiochena Paulum et Barnabam et nonnullos alias Hierosolymam mitteret, qui hanc controversiam ad

A 3

aposto-

- i) Somnia horum virorum enumerant et confutant THOM. ITTIGVS Hist. Eccles. primi a nato Christo seculi cap. 2. §. 3. IOH. FRANC. BUDDEVS in ecclesia Apostolica cap. 4. §. I. p. 180. seq. IOH. GEORG. WALCHIVS in Hist. Eccl. N. T. sec. I. cap. 4. Sect. 3. §. I.
- k) Huic conuentui Apostolorum cum presbyteris et reliquis ecclesiae Hierosolymitanae membris nomen concilii frusta ab iudicare iustum Henningium Boeberum, docet. Buddeus l. c. cap. 4. §. I. WALCHIVS l. c. §. 2.

apostolos et presbyteros deferrent, concilium ibi habitum est, in eoque disceptatum fuit, num, qui valentem coram Deo iustitiam et aeternam salutem consequi cupiunt, ad obseruandam circumcisionem, et leges Mosaicas ceremoniales pariter et morales adstringi debeant? Negatiuam sententiam Concilium tenuit et decreuit, a gentilibus conueris circumcisionem et rigorosam Mosaicae legis obseruantiam exigi non debere, sed hoc tantum illis, quo suauius cum iudeis coalescerent, iniungendum esse, ut ad tempus aliquod, donec synagoga iudaica honeste sepeliretur, ab idolothytis et sanguine et suffocato, et sacrificiis meretriciis abstinerent. Et hoc decretum a spiritu sancto, supremo huius concilii praefide, dictatum, aliis quoque ecclesiis per epistolam synodicam communicatum fuit (1).

IV.

Insequentium seculorum ecclesia, aeuum apostolicum imitatura, et suam salutem promotura, concilia indixit et conuocauit, vbi ecclesiae conditio hoc poscebat. In componendis nimirum religionis dissidiis, schismatibus tollendis, et vitis emendandis corrigendisque, eximus conciliorum est vlus, ita, ut deceat, cuncta in iis pertractentur. Hoc ecclesiam orthodoxam mouit, ut, ad res suas ordinandas, conciliorum conuocationem decerneret, et quidem vel oecumenicorum seu vniuersalium, eorumque iterum vel prouincialium, vel dioecesalarum.

V.

Sed experientia docuit, pauca concilia fuisse celebrata, in quibus res ita, ut decebat, gesta sit; conciliorum ergo auctoritas valde est imminuta. Et ab eo tempore, quo Pontifex Romanus concilio subesse iussus, et emendatio ecclesiae in capite et membris fuerat decreta; conciliorum conuocationem

Romani

(1) v. Ittagius l. c. §. I.

Romani praesides ut impedirent, omnem monerunt la-
pidem *m).*

VI.

Vt igitur, cessantibus, saltem frigentibus conciliis, eccl-
esiae saluti alia ratione consideretur, conciliorum vicem collo-
quia theologica sustinuerunt, quae seculo XVI. et XVII. sae-
pius sunt instituta. Sunt autem colloquia theologica seu ec-
clesiastica diuersae religionis theologorum conuentus publica
auctoritate Imagistratus, aut ex mutua conuentione congrega-
torum, de rebus religionis vel emendandis, vel confirmandis
deliberantium, rite tractantium et arce disputantium. Colloquia igitur ecclesiastica vel magis solennia sunt, vel minus
solennia. Illa publica auctoritate sunt indicta; haec priuata.
In illis plures publica auctoritate conuocati sunt collocutores;
in his pauciores conuenerunt *n).*

VII.

A tempore emendationis sacrorum, quam b. Martinus Lu-
therus, auctore et adiutore Deo, feliciter suscepit, initium col-
loquia theologica ceperunt. Agmen in illis dicit *Collo-
quium Heidelbergense.* Conuentus monachorum Augustinianor-
um generalis a. 1518. Heidelbergae habebatur, ad quem
etiam Lutherus pedestri itinere Vitemberga profectus VI. Kal.
Maji disputationem praeses, respondentem M. LEONHARDO
BEYERO in collegio Augustinianorum seu Sapientiae ha-
buit.

*m) v. BVDDEVS in infir. Theol. Dogm. libr. 5. cap. 3. §. 25. Idem
in diff. de colloquiis charitatis cap. I. §. 10.*

**) v. BVDDEVS in diff. cit. cap. I. §. 43. IOH. ANDR. SCHMID-
TIVS in Sagittarianae Introductionis in historiam ecclesiasticam Tom.
II. de colloquiis ecclesiasticis §. 1. p. 4495. AD. RECHENBERGIVS in
appendice ad libros symbol. cap. 3. de colloquiis religionis causa habitis
§. 2.*

VIII

buit. In ea proposuit XXVIII. *paradoxa theologica*, in quibus taxauit Romanae ecclesiae conceptus de libero arbitrio, de gratia, fide, iustificatione, operibus bonis. His subiecit XII. *philosophica* contra Aristotelem et theologiam scholasticam deditque postea *probationes conclusionum* in capitulo Heidelbergensi disputatarum. Suas theses Lutherus tam egregie defendit, ut omnium fere laudem mereretur, et quisque animosum et masculum Lutherum miraretur o).

VIII.

Sub initium seculi XVII. Anno clo 10 cl. mense Nouembri auctoritate *Maximiliani*, Ducie Bauariae, et *Philippi Ludouici*, comitis Palatini, inter theologos Aug. Conf. et pontificios Ratishonae colloquium fuit institutum. Cui occasionem anno clo 10 xcix. dedit conuentus horum, quos nominauimus, principum, quibus placuit, aliquando colloquitionem inter vniuersque partis theologos institui. Atcum postea fuit literis per duos annos de materia aliisque circumstantiis colloquii, vbi Iesuitae talia velserant postulata, quae ad impedientium potius, quam promouendum colloquium faciebant. Re autem inter principes confecta cum loco et tempore, materia colloquii fuit constituta de *norma doctrinae et iudice controveneriarum p.*

IX.

Collocutores pontificii, iisque Bauarici erant *Albertus Hungerus*, Cancellarius Academiae Ingolstadiensis; *Iacobus Grettnerus*, Iesuita et Professor ibidem; et *Adamus Tannerus*, Iesuita, qui per iocum dicebantur *fames*, *scabies*, *abies*. Collocutores

ex

a) *SCHMIDTIVS* l. 2. §. 4. p. 1408. *BVDDEVS* Diff. cit. §. 2. D. *LOESCHERVS* in vollständigen *Reformations Actis* Tom. 2. cap. 4.

p) *SCHMIDTIVS* de colloquiis sec. 17. p. 1569.

ex nostra parte erant *Iacobus Heilbrunnerus*, concionator aulicus Neoburgicus; *Aegidius Hunnius*, theologus Vitembergen-sis; *David Rungius*, Professor Vitembergen-sis, *Johannes Fladungus*, Superintendens Orlamundanus, *Andreas Osiander*, abbas Adelbergensis *Felix Bidembacu*s, concionator aulicus Stutgardiensis; *Philippus Heilbrunnerus*, Professor Lauinganus. His certae disputandi leges datae sunt, quae etiam publice fuerunt praelectae. ^{q)}

X.

Ipsum colloquium quatuordecim sessionibus post mul-tas altercationes, re infecta, die 28. Novembris finitum est. In nona Sessione vox blasphema *Iacobi Gretseri* audita est, nec scripturam sacram, ut est verbum Dei, nec Spiritum Sanctum per scripturam loquentem posse esse iudicem controuer-siarum religionis. Hoc per experientiam, ut aiebet, probatur, correpto et aperto biblorum libro, in haec erupit verba: *Si Spiritus S. potest me condemnare per hanc scripturam, age, faciat, veniat, dicat: Iacobe Gretsero, tu erras, Iacobe Heil-brunne, tu recte sentis, et statim transibo ad sententiam veram; sed non potest me Spiritus S. iudicare per hanc scripturam.* ^{r)}

XI.

Finito colloquio publico, statim sequente die Postcollo-quium, praesentibus iisdem principibus, inter *Philippum Heil-brunnerum* et *Conradum Vetterum* habitum fuit. Materiam huic colloquio suppeditauit *Vetterus*, qui varia scripta in Lu-

<sup>q) v. SCHMIDTIVS l. c. RECHENBERGIVS, in appendice cap. vi
§. 36.</sup>

^{r) v. SCHMIDTIVS l. c. p. 570.}

B

therum contumeliosa, ediderat, et eum in finem loca ex illius tomis quaedam adduxerat, sed mala fide; ab altera igitur parte criminis falsi accusatus, consentiente duce Maximiliano, hac die rationem suorum scriptorum reddere debuit. Speciminis saltem loco quatuordecim allegationes a Vettero ex Lutherio factas Duci Bavariae exhibuit Heilbrunnerus, qui vicissim a Vettero accepit quatuor propositiones, Iesuitis imputatas, ideoque probandas. Singula allegata fuere collata cum scriptis Lutheri, quibus summam fecit iniuriam, nunc sua verba ac explicationes inferendo, nunc antecedentia non addendo et consequentia omitteundo, nec non aliis modis, quibus boni viri et interpretis officium neglexit. Similiter Vetteri propositionibus respondit Heilbrunnerus, eas vel probando ex iis Iesuitis, vel mentem suam e contextu explicando. His ita perfectis, finitum fuit post colloquium, in quo ipsi principes Vettero obiecerunt, quod mala fide egerit. Ipse autem huius post colloquii relationem edidit, in qua multa vel tacuit, vel auidit, vel peruerit, vel negavit. s)

XII.

Scripta de hoc colloquio Ratisbonensi ab utraque parte plurima prodierunt. Pleraque recenset saepius a nobis laudatus B. IOHANNES ANDREAS SCHMIDTIVS, Professor theologiae Helmstadiensis et abbas Mariae Vallenfis, loco aliquoties allegato p. 1570 - 1575. In iis quoque comparet ille liber, quem nos supplementum allatuos promisimus; sub hac inscriptione: Basili de Varna, Sacrae theologiae et dialecticae sapientioris Studiosi Analysis dialectica colloquii Ratisbonensis, cum collatione relationis Tancieri et responsi Gretseri ad theses Henniti de colloquio incendo, partibus duabus comprehensa. Francofurti 1632. 4. Sed quum auctorem huius scripti pseudonymum non detexerit et acta quaedam huc facientia omiserit; ea, quantum fieri potest, supplebimus.

s) v. SCHMIDTII historiam huius colloquii p. 1574.

XIII.

Sub **BASILII de Varna nomine ANDREAS LIBAVIUS latet,**
 medicinae Doctor et tum temporis, quo hanc analysin collo-
 quii Ratisbonensis scripsit, Gymnasiarcha et poliater Roten-
 burgi ad Tubarim. Docet hoc generatum *Vincenitus Plac-*
cius, in theatro Pseudonymorum scribens: Basilius de Barna
aut de Varna esse Andream Libauum, docet Bailletus.) Spec-
 ciatim hoc commemorat *Iohannes Fabricins*, qui hunc librum
 recensens, testatur, ipsum Libauum nomen suum expressisse
 in fine vtriusque partis analyseos post indicem. u) Ficti hu-
 ius nominis Libauii non meminisse historiam Ludouicianam no-
 stri Gymnasii, merito miramur.

Liber Libauianus, quem diximus, duabus absoluitur par-
 tibus, proditque Francofurti typis Iohannis Saurii, impen-
 sis Petri Kepilli, forma quadripartita, cl^o 10 cu. Iterum
 hunc librum Francofurti prodit, a. cl^o 10 cxxxii. *Fabricius*
 c. annotauit. Prima pars sic inscribitur: *D. O. M. A. Ana-*
lysis dialectica colloquii Ratisbonensis anno 1601. de norma et iu-
dice omnium controversiarum fidei Christianae habiti, cum colla-
tione relationis Adami Tanneri, et responsi Iacobi Gretseri ad
theses D. Aegidii Hunni de colloquio ineundo, paribus duabus
comprehensa, in qua iuxta principia infallibilia et immota sa-
crosanctae Scripturae, sapiente Logica ministra, ad oculum ostendit,
pontificios Euangelicis formam dialecticam obiicientes,
formam veram minime obseruasse, sed turpissem violasse, longe-
que peiores Sophistis Platonicis et Iudaicis tandem iusto Dei iu-
dicio causam perdidisse. Auctor Basilius de Varna, sacrae theolo-

1) p. 106, num. 319. *Fabricianaæ editionis.*

2) Parte V. *historiae bibliothecae Fabricianaæ* p. 134. In prima autem
 editione suae *Analyseos Libauius nomen suum locis a Fabricio alle-
 gatis non expressit. In altera igitur editione hoc factum esse debet.*

giae et dialecticae sapientioris studiosus; ad libri Messiae doctrinam probam legemque Spiritus Sancti. Partis secundae inscriptio haec est. D. O. M. A. Analysis dialecticae protocolli et affirmatum pars secunda, in qua de thesibus Iesuitarum, earumque defensione, sessionibus sex posterioribus nempe 9. 10. 11. 12. 13. et 14. instituta, adiecta collatione relationis Tanneri et responsi Gresseriani ad theses Hunni, Basilius de Varna. A. I. D. M. G. R. I. P. etc.

XV.

Inscriptio utriusque partis satis docet, quid illa contineat. Neutra pars praefationem habet. In octo prioribus huius colloquii sessionibus nostri theologi, qui decem theses posuerant de scriptura, norma et controversiarum iudice, erant respondentes et pontificii opposentes. In sex reliquis sessionibus pontifici, qui quinque positiones adderant, contra scripturam pro ecclesia et pontifice, existebant respondentes, et nostri opposentes. Prima pars Analyseos Libaviae octo priores colloquii sessiones complectitur, et sub finem octuae sessionis de dictis Patrum et iuris Canonici integris 13. capitibus agitur. Pars secunda sex posteriores sessiones pertrahat, et libro secundo ea, quae GRETSEVR ad colloquium pertinentia inseruit responso ad theses D. HUNNI de ineundo colloquio, notis singularibus distinguuntur. Ex quo apparet, quam bene b. LIBAVIUS de nostra ecclesia sit meritus. Id quod etiam fecit a. c. loc. civ. in GRETSEVR triumphato h. e. in demonstratione, Iesuitas in Colloquio Ratisbonensi a. 1601, habitu victos et prostratos esse.

XVI.

Felices nos, terque quaterque beatos, si Gymnasio nostro, quod orbitatem suam deplorat, ANDRAEAE LIBAVII similis Director, diuini numina prouidentia obtingat. Primus is fuit Gymnasi

Gymnasii nostri Director, hoc elogio in sua introductione
maestatus. *Hic ANDREAS LIBAVIUS, Theologus, Historicus,
Poeta, Orator, Physicus, Medicus, vir omnibus Gymnasiathue
ornatus dotibus x).* Nec dissimiles sui in hoc munere, omni
fervore tempore, habuit successores viros graui huic stationi
pares, floremque illustris hujus Scholae, pro viribus a Deo
concessis, promouentes. Non dubitamus, quin antecessori-
bus suis laude dignis assimilis sit futurus, quem SER E-
NISSIMVS nostre PRINCEPS Directorem vocare et in-
augurare grauissimorum Scholarcharum collegium iussit. Po-
tentissimo enim Borussorum regi placuit, *Virum summe Reue-
rendum et Excellentissimum ERHARDVM ANDREAM FROMMAN-
NVM, SS. Theol. Doctorem, huius Athenaei Directorem et Ducalis
Consistorii Consiliarium, Abbatem Bergensem, Ducatus Magdebur-
gici Ephorum Eccles. Generalem et Consistorii regii Consilia-
rium vocare.* In eius igitur locum succedere a SERENIS-
SIMO PRINCIPE nostro, Domino, ERNESTO FRI-
DERICO, Duce Saxonie, nutrio Gymnasii nostri Clemens-
issimo, iussus est *Vir Maxime Reuerendus, Amplissimus et
Doctissimus, M. THEODORVS PRAETORIVS nostras.*
Alumnus et ciuis Gymnasii nostri Professores eius satis diu di-
ligenter nec sine fructu audiuit, suaque modestia et moribus
humanitatis studiose dignis aulae SERENISSIMI PRIN-
CIPIS suisque Professoribus magnopere se probauit, qui eum
studiis Academicis maturum indicarunt. Quaitione igitur sui
susceptoris, Venerandi Senis, D. THEODORI BERGERI, in
Gymnasio nostro iura et historiam etiamnum profitentis,
Academiam Lipsiensem elegit, in eaque doctissimos viros do-
ctores habuit. Magistri Philosophiae honoribus auctus ex ea
in patriam rediit, in qua SERENISSIMI nostri PRIN-
CIPIS heredis aulam fauicem, habuit, quae principum ju-
uentutis

B 3

*) v. Gottfried Ludwigs vollständige Historie des Hochfürstl. Casimirian
Academici in Coburg. P. I. p. 139.

uentutis informationem ei creditit, Breui post Gymnasium nostrum eum simul linguae graecae et linguarum orientalium professorem elegit. Quam autem virisque functionis conjunctio paullo difficultior esset, Professoris Gymnasi munere abire consultum duxit. Quo facto SERENISSIMVS noster PRINCEPS eum concessionatorem, qui in itineribus munere suo fungeretur a cl. lcclxv. constituit, et anno inseguente ecclesiasten aulicum tertium denominauit. Quod munus concedendo adhuc non sine timore coetus sui sacrarum et sic obiit, ut plerique libenter cum audirent, insuper Principes iuuentutis sana fidei Christianae doctrina imbuimus et ad dignum et salutarem sacrae Coenae usum praeparauit, editaque ab illis publica fidei Evangelicae confessione confirmata. Sic igitur se gerendo SERENISSIMO nostro PRINCIPALI dignus visus est, qui Gymnasi nostri Academici Director euadat. Quam de eo SERENISSIMVS PRINCEPS et optimus quisque concepit spem, eam gratia diuina adjutus non falset, ut flos illius hujus scholae, se gubernacula ejus capessente, non deforescat, sed efflorescat.

Inaugurationi igitur noui nostri Directoris crastinus dies, bono cum Deo, destinatus est, quo ego in auditorio Casimiriano grauissimorum Scholarcharum auctoritate gubernacula nostri Gymnasi ei solemniter tradam, habita breuioratione, cuius argumentum *lex IULIANA apostolae* mihi suppeditabit, quae legitur in *Codice lib. X. Tit. 52.* et qua sanxit, ut magistri studiorum doctores que scholarum moribus primo, deinde secundia excellant, nec ad munus docendi in scholis repente et temere prosiliant, sed iudicio ordinis probati. Ad quam solemnitatem SERENISSIMVM patriae patrem, Principem heredem, eiusque Fratrem, aulae et rei publicae proceres, illustres scholarchas reverendos ecclesiae ministros

nistros, nobilissimos Gymnasii Professores, omnesque literarum in nostra ciuitate fautores ea, qua decet, animi submissione, obseruantia ac humanitate inuito; *Ciues autem Casimirianos utriusque coetus frequenter adesse iubeo.* Faxit Deus, ut noui Directoris opera et vigiliis tristis Gymnasii nostri facies hilarior et serenior, per immensam Dei misericordiam, breui reddatur. P. P. Dominica III. post Trinitatis, qua ante hos quinquaginta annos munus sacrum in hac vrbe auspiciatus sum, et quae est dies XVI. Iunii, c^{lo} l^o cclxxi.



XX

329 3565


Q 77/2006

in der ersten Hälfte des 13. Jahrhunderts, als die zweite Säule des
Glypticus im Bereich der Stadtmauer stand. Es handelt sich um eine
grau-grüne Marmorskulptur aus dem 13. Jahrhundert, die eine
große, runde, geschnittenen Steinplatte auf einer Basis aufweist.
Die Platte zeigt eine doppelseitige Reliefdarstellung mit einem
großen, zentralen Kreis, der von einem kleinen Kreis umgeben ist.
Um diesen Kreis sind verschiedene Symbole und Zeichen angeordnet.
Die Platte ist in einem grauen Rahmen eingefasst.



n. c.

B.I.G.



Farbkarte #13



DE QVODDAM
EMENTVM

EIVS,
STORIAM LITERARIAM
VII RATISBONENSIS,
VLI XVII. HABITI, PERTINET,
EX BIOGRAPHIA

EAE LIBAVII,

AEI ET DE ILLVSTRI HAC SCHOLA
DIRECTORIS DEPROMTVM,

INAUGVRATIONE

IS GYMNASII CASIMIRIANI

RECTORIS,

clo clo cclxxi. INSTITVENDA,

K HVNC ACTVM SOLENNEM

CENTER INDICIT

RVDOLPHVS FISCHER,

COBVRG. ET SALFELD. IN CONSISTORIO

S. DVCATVS COBVRG. EPHORVS GEN. AD

STOR, THEOL. PROF. PRIM. ET

SCHOLARCHA.

COBVRGI
FFICINA AHLIANA

BIBLIOTHECA
MONICKAVIANA

II
2098

